

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hludouuicus divina favente gratia rex. Notum sit omnibus fide-
libus nostris praesentibus scilicet et absentibus, quia domini annuente clementia res sancti uuicberti de monasterio Heroluesueldun adunatas
habemus. Et ita eas deinceps ad iamdictum locum sancti integras permanere uolumus. Et nullus successorum
nostrorum ipsas res quae iure ad legitime illuc pertinere uidentur aut in beneficia dare aut alio in usus uertere
praesumat, sed liceat abbati ipsius loci res suas quiete tenere et sine diminoratione legaliter possidere, sine ullius
personae contradictionis obstaculo et inquietudine. Siquis uero hoc frangere uoluerit, coram omnipotentia diuina [illegible]
[illegible] in die iudicii inde rationem reddat. Et pro uoto quod nos deo uouimus [illegible] iudicio [illegible].
Et ut haec nostra deuotio firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus melius credatur et diligentius
obseruetur, manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri impressione assignari iussimus.
Signum Hludouuici serenissimi regis. Arnolfus cancellarius recognovi et
Data XVIIII kl. febr. Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXII, indictione XIIII. Anno VI regni Hludouuici serenissimi regis. Actum Franconofurt feliciter amen.

A. D. 882. — Diplôme de Louis III (le Jeune). Minuscule diplomatique.

Marbourg, Koeniglich Preussisches Staatsarchiv.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Planche 64 – Franz Steffens, La Paléographie Latine (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2fh6/7408/59587)